



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CXXXVII. Differentia 8. Vt iudicis ecclesiastici in causis spiritualibus
negligentiam suppleat laicus iudex, legibus permittitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

DIFFERENTIA 3.

Et iudicis ecclesiastici in causis spiritualibus negligentiam suppleat laicus iudex, legibus permittitur. Auth. Ut clerici apud proprios iudices. Sed minimè id Canones tolerant, c. Qualiter & quando, de iudic. Panorm. ibid. Covarr. l. practicar.

qq. c. 35.

I. **A**quam esse legum civilium de supplenda à laicis ecclesiasticorum iudicium negligentia cum Covarr. loc. cit. & Navarro in c. Clem. contingat, de rescript. Remed. l. aliisque apud Barbof. citatis in c. Regum officium 23. q. 5. probari posse videtur primo ex S. Hieron. relato in c. pradi. Vbi regibus competere asserit, facere iudicium & iustitiam, liberare de manu calumniarum vi oppressos, peregrinos, pupillis, & viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Secundo in c. Principes 23. q. 5. potestas regibus tribuitur, ut superbiorum cervices comprimant, & quod fieri non potest per iudices ecclesiasticos, ab ipsis iuxta disciplinam Reip. utilem executioni mandetur. Tertio Ioannes VIII. in c. Administratores, l. cit. mandat secularium dignitatum præfectos pupillorum, ac viduarum querimonias attentius audire, & secundum quod necessitas expedierit, absque negligentia examinare, & diligenti studio corrigere. Quarto, in Auth. cit. Ut clerici apud proprios iudices, &c. rela. in c. 45.

ff. l. q. 2. ita decernitur. Si noluerit, vel non potuerit episcopus litem dirimere, tunc ad iudicem civilem disceptatio causa deferatur. Denique non apparet ratio, cur iudicis laici negligentiam suppleat iudex ecclesiasticus, ecclesiastici vero laicus supplet non possit. Illud autem permittitur in c. Licet, c. Ex tenore, & c. Ex transmissa, de foro comp. ubi Barbof. cum alii DD. Ita illi, quorum assertio, si quid probabiliter haberet, antiquis temporibus deberet, quibus multa permissa sunt in rebus necessitatis, que hodie non tolerantur.

II. Dicendum igitur, iudici laico nequaquam concedi, ut in quacunque iudicium ecclesiasticorum negligentiam ius dicendi de rebus, aut personis laicis sibi vendicent. Ita Abb. & alii innumerati apud Barbof. in c. Ecclesias. Maria. de consuet. Sufficiat Innocentii III. in c. Qualiter & quando, de iudic. definit. Ne pro defectu iustitiæ clerici trahantur à laicis ad iudicium seculari, omnino prohibemus.

CXXXVII. DIF.